

3153

LITURGICI.

3154

DCCCCXII.

858 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. nunc 24. 12. eleganter scriptus et auro coloribusque illustratus Precatorius est, in quo primo *Incipit officium beate marie virginis quod dicitur per totum aduentum*, sequuntur *Psalmi* dicti de *Poenitentia* initio truncati, et compactoris vitio turbati, cum *Litaniis OO. SS.* In Precibus ad has subsequis legas: *Oremus pro ministro nostro*, item: *miserere famulo tuo ministro nostro N.* nulla Principum facta mentione, unde credibile, *Codicem* hunc olim in *Belgis* exaratum fuisse. Confer *Codd.* DCCCLXXXI. LXXXVI.

DCCCCXIII.

862 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 201. 12. bene exaratus, minio et literis auratis, picturatisque initiorum distinctus, Precatorius est, et sequentia complectitur: *Incipit cursus de passione domini.* Sequitur: *Cursus de corpore christi*, et hic quidem cum duplicibus *Vesperis*; non enim *Cursus* isti ad modum eorum, quae hodie passim *Officia* vocantur, compositi sunt, sed formam habent prolixioris *Officii* ecclesiastici, prout in choro canitur, et in sic dictis Sacerdotum *Breviariis* continetur.

DCCCCXIV.

868 Codex membraneus lat. Sec. XV. Folior. 158. 12. minutius

fed nitide exaratus, Frontispiciis quibusdam florulentis, Literisque initiorum picturatis et auratis decorus, Precatorius est, continetque *Cursum de Beata maria virgine*, VII. *Psalms* Poenitentiae, *Vigilias Mortuorum*, *Orationes* varias de *Domina*, id est, B. V. *Maria*, *Cursum de passione domini*, *Precesque* pro diversis opportunitatibus.

DCCCCXV.

891 Codex membraneus lat. Sec. XVI. ineuntis Folior. nunc 245. 4. bene perscriptus, praeter Initiorum literas, et oras foliorum amoenissime depictas ostentans insuper *Picturas* grandes XX. elegantis penicilli, quondam quadriennis *Leopoldi Ignatii* Archid. dein Rom. Imp. ut anterior theca fidem facit 1644. cui ipse parvulus scripturae tiro rudi manu adjecit: *Erzberzogk leobold*, diversa Pietatis Exercitia continet curata in usum *Jacobi IV. Scotiae* Regis, qui a. 1513. in praelio adversus *Henricum VIII. Anglum* cecidit, et *Margaretae* Conjugis suae ejusdem *Henrici* Sororis, ut e dicendis patebit. Initium more solito ducitur a *Calendario* mirifice Sanctorum Iconiculis exornato. *Fol.* 14. p. 2. Insignia Regni *Scotiae* comparent adstitutis Monocerotibus, torque Ordinis Cardui (*the Order of the Tbirdle*) circumflua, Symbolo Regis: *In my Defens*, et Reginae: *God us defend* inscripta. Visuntur etiam Literae I. et M. connexae, vide-